

συνήθως ὀνομάζουσι. ἢ δὲ διέπινος ἤκουσα λέγοντος
ἐκκαίδεκα ὀγγίας ῥωμαϊκὰς ἔχει τὴν ἐν τοῖς φαρ-
μακίσι βίβλοις γεγραμμένην ὑπὸ τῶν ἰατρῶν κη-
τὴν. Id est. Maxima itaq; pars eorum qui de mē-
suris & ponderibus scripserunt, nouem dicunt uncia-
rum libræ Romanæ Cotylen definitam à medicis
in libris de medicamētis conscriptis. Alij autē duo-
decim unciam dicūt ab ipsis dici, sicut Romæ olei
libram de more appellant. Audiui uero quendā qui
cotylen dicebat habere uncias sedecim definitam à
medicis in libris de medicamentis scriptis. Hæc ille.
Libro autem primo eiusdem operis adijcit δέμοισρον
ut exacte fiat sextarius Romanus. ait uero. ῥαδίως
δὲ ἀποπίπρουσα, καὶ ἐκκαίδεκα ἢ δέμοισρον ὀγγίας
τὴν κωτύλην ἔχει ὑποθώμεθα, κη δάπερ ἔνιοι φασί.
Hoc est. Facile autem decidit. licet sedecim uncias &
duas eius partes cotylen habere statuamus, quæ ad-
modum nōnulli aiunt. Sed dicet quispiam, quomo-
do pro sextario Romano acceperunt, cum tres uncie
atq; tertia ipsius pars desint integro sextario, qui est
unciarum uiginti? id libro sequenti exponam. nunc
satis sit hanc diuersitatem cotyles indicasse. qua con-
siderata medici qui Græcos legunt diligenter debēt
aduertere, quid cuiq; compositioni conueniat, aut
quæ nam uires medicamētorum è mutata cotyle re-
sultent. Hæc de cotyle. Hic uero mihi cum Portio
prorsus